Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Explicit lib. iii. Incipit liber iiii.

159

Exultans spu sco dns
Supra lectum est confiteor tibi at pater dne
celi et terre quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et re
uelasti ea paruulis. Que sententia secreti conscia iudicii semper effec
tum sue uirtutis narrare non desistit. Nam et generaliter in deiec
tione iudeorum. gentium uero erectione. et singulis quibusque iuxta alternam
mentium qualitatem specialiter non cessat exhiberi. Denique ut proxima parum
adtingam. legis peritus uolens se ipsum iustificare dnm temptaturus adiit. sed con
fusus abscessit. at maria pedibus eius humiliter acclinis optimam partem philo
sophie celestis elegit. Item paruuli xpi quia non de sua iusticia sed de redemp
toris sui gratia presumere didicerant quibus orationum modis eandem gratiam aduo
care debeant inquirunt audiuntque confestim et quibus uerbis orare et qua
instantia perseuerare. et pro quibus maxime rebus supplicare oporteat. fide
scilicet spe et caritate. quodque perfecte petentes earundem largitorem a patre spm
bonum percipiant. Contra sapientes et prudentes quia spm gratie non modo non
petere. querere pulsare. sed et plasphemare satagunt. in remissibiles et hic et
in futuro sue peruicie penas luunt. et usque ad finem euglii qui legerit immo usque
ad finem seculi qui prudenter inspexerit intelligit quia ds superbis resistit. humilibus
autem dat gratiam. Qua propter ipse quartum expositionis euglice librum incipiens
alectione in qua superbie spe indigito dei eicuntur. tuam xpe clementiam
suppliciter in ploro ut spe tuus bonus deducat me in uiam rectam. et eum qui
ab aquilone est longe faciat a me. quatenus erectis a me malignis scruter
mandata dei mei reuelatisque mentis oculis ad consideranda tue sacro scte
legis mirabilia deuotus lector ingrediar. xlvii.

Et erat eiciens demonium. et illud erat mutum. Et cum iecisset demonium.
locutus est mutus. Et ammirate sunt turbe. Demoniacus iste apud matheum
non solum mutus sed et cecus fuisse narratur. curatusque dicitur a dno. ita ut loque
retur et uideret. Tria quoque signa simul in uno homine perpetrata sunt. cecus uidet.
mutus loquitur. possessus demone liberatur. Quod et tunc quidem carnaliter fac
tum est. sed et cotidie completur in conuersatione credentium. ut ex pulso
primum demone fidei lumen aspiciant. deinde ad laudes dei tacentia prius ora
laxentur. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub principe demoniorum eiecit
demonia. Non hec aliqui de turba sed pharisei calumpniabantur et scribe.
sicut alii eugliste testantur. Turbis quippe quiminus erudite uidebantur
dni semper facta mirantibus. illi contra uel negare hec uel que negare ne qui
uerant sinistra interpretatione peruertere laborabant. quasi non hec diuinita
tis sed inmundi spe operafuissent. id est beelzebub qui ds erat accaron. Nam bel